

lentiam, Romanus civis factus. Lustricus Brutianus, Proconsul. Octavianus, Octaviani Augusti Imperatoris Pater, Senator Romanus, successu temporis, factus.

C. Marii temporibus, quæ sane fuerunt post Hannibalem devictum, in Romano exercitu Brutii reperiabantur, qui propria arma ferebant, quæ Brutianæ dictæ sunt; eaque Marius a Romanis ipsis adhibenda voluit. Festus apud Pitiscum, verbo Parma, ait: *Par-mulis pugnare milites soliti erant, quarum usum sustulit Cæsar Marius, datis in vicem earum Bruttianis*. Et ex Valtrino subdit; *Bruttianæ Parmæ dicebantur scuta quibus Brutiani sunt usi*.